

speravit & derelictus, atque in spes sua frustratus est. *Quia spes non confundit.*  
Est enim Deus misericordissimus ac pientissimus in vocantibus eum. Proinde  
horū exempla, qui in eum credidernnt, timuerunt, atq; invocaverunt: ante  
oculos nobis ponens Siracides admonet, ut nos, illorum fidem imitantes, eis-  
*Gen. 4.* dem animemus. Memores videlicet quomodo Abel acceptabiliorem hosti-  
*Matt. 23.* am ampliusq; primus obtulerit fide sacrificium, qua testificationem de sua ad-  
*v. 3. & 5.* eptus est justitia. Cujusque sanguis etiamnum nos instruens alloquitur, ut e-  
*Gen. 5.* jus exemplo confortati solatium habeamus, neque dubitemus. Quomodo  
*v. 16.* Enoch malis Caini in Abel non fuerit eversus, nec illum ultus, sed fide Deum  
honoraverit, relinquens ei vindictam: & illi acceptusest, qui demum ne mor-  
tem videret in paradisum translatus est. Quomodo fidelis Nohæ Dei admo-  
*Gen. 6. v.* nentis de fine ac perditione impiorum credens responso aptaverit arcam in-  
*13.* salutem domus suæ: aptansque prædicaverit incredulis mundanis divinam  
*Exod. 2.* venturam iram. Et institutus sit justæ hæres. Quomodo Moses fide animo-  
*v. 15.* sus factus Pharaonis Filiatione se spoliaverit: eligens magis pati, quam affluere  
*Ægyptiorum* delitiis atque etiam divitiis: honoremque Regni, quod ei, ut  
Pharaonis hæredi offerebatur, cum voluptate & divitiis, despiciatui duxerit.  
*lib. Jos.* Quomodo Abraham credentium Doctor fidelissimus recta voluntate atque  
*24. v. 2.* veritate Deum exquisiverit, obediverit, atq; ad ejus vocem exixerit, quanquā,  
*Gen. 12. v.* quō iret, nesciebat: nam fide confortatus nequaquam dubitabat. Hic quan-  
*12. & c. 22.* quam progenitorum nullum habuit exemplum, teste divinâ Scripturâ, ad fidē  
*v. 10.* unius Dei ducens: firmisrimè tamen adhærens Deo, ejus fidem & cultum aper-  
tè prædicavit, sua omnia propter illum reliquit, & contempsit. Tentatus vir  
gloriosus ut alijs fidelitatis atq; virilitatis esset exemplum, semetipsum exposu-  
it, offerens suum unigenitum filium: in cuius oblatione omnia, quæ Dei e-  
rant, ipsi contradicere videbantur. Quia fides præliabatur fidei, & præceptum  
promissioni. In illo enim, quem sacrificandum ipsi præcepit Deus, semen-  
promiserat, quod orbem implere debebat. Inter tantas Majoresque pugnas  
vir gloriosus Abraham non stupuit, nec conquestus est dicens: deceptus sum.  
*Rom. 4. v.* Sed contra spem, in spem credidit. In promissione etiam Dei non basitavit diffiden-  
*18. & 20.* tia: Sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissimè sciebat, quia quacunq;  
*Job. 10.* promisit Deus, potens est & facere &c. quid dicam de Josua, qui fide non dubi-  
*v. 12.* tavit Soli & Lunæ præcipere? quid de Davide Adolescenti, horrendum atq;  
*1. Reg. 17.* immane monstrum Goliam aggrediente? quid de Gedeone, qui accepto à Do-  
*v. 44.* mino velleris signo, fide munitus cum trecentis viris aggressus est Madianitas?  
*Judic. 6.* quid de Barach, qui ad uxoris suæ exhortatioem prophetantis irruit in Sissa-  
*v. 12.* ram? quid de Rahab pellice, quæ mox cum increduliscivitatis Jericho peritu-  
*Judic. 4.* ta, auditio de Deo omnipotente ab exploratoribus Evangelio credidit, credens  
*v. 14.* justificatur? Quid deniq; de nostris dicā pro Christo occisis martyribus, qui tan-  
*Jos. 2. v.* quā ad nuptias adibāt supplicia, sustinētes acerbissima tormenta, qui nō dubita-  
*4.* bāt, sed fide de remunerationis præmio certissimi erant? Fidē n. nō conjecturā,  
*Ebr. 12.* nō æstimationem, sed certitudinē, sed substantiam fixam atque immotam  
*v. 1.* in corde fidelium, juxta Apostolicam definitionem arbitrabantur. Quisnam  
tantorum Sanctorum, qui fide placuerunt, exempla, quæ teste Apostolo, tan-  
quam nubes nos ab ardore tribulationum protegunt, atque ab æstu hesitatio-  
num refrigerant, aspiciens, de peccatorum remissione dubitabit, nisi forte  
qui perdidit sustinentiam ac fiduciam? nisi qui articulum fidei, quo remissi-  
onem peccatorum credimus ac petimus, negant? nisi qui Christi sanguinem  
maximam